

*70. Instrumentum venditionis di Camillo
Millarano in favore della chiesa
cattedrale di S. Gerardo di Potenza*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*70. Instrumentum venditionis di Camillo
Millarano in favore della chiesa
cattedrale di S. Gerardo di Potenza*

1374-12-27

(c. 177r) In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate eiusdem millesimo tricentesimo
septuagesimo quinto, regnante domina nostra Iohanna
inclita <regina> Ierusalem et Sicilie, ducatus Apule#
et principatus Capu#, Provincie et Forcalquerii ac
Pedimontis comitissa, regnorum suorum anno tricesimo
secundo feliciter amen, die vicesimo septimo mensis
decembris, tertiedecime inditionis, apud civitatem
Potentie.

1

Nos Iacobus de Asdo annalis iudex ipsius civitatis,
Iacobus de Ingannulo de Potentia <puplicus> ubilibet
per provincias Basilicate, Terre Bari , Capitinate,
Principatus ultra citraque serras Montorii ac Terre
Laboris et ac comitatus Molisii regia auctoritate
<sic> notarius et testes subscripti ad hoc specialiter
vocati et rogati presenti scripto publico declaramus,
notumfacimus et testamur quod, preditto die, in nostri
presentia constituti dopnus Camillus Millaranus, filius
quondam Nicolai Millarani de Potentia, sicut sibi utile et
expediens visum fuit, sua gratuita, spontanea voluntate
vendidit, alienavit et per fustis traditionem assignavit,
iure proprio <et> imperpetuum, dopno Mattheo de Ogerio

Il documento, sotto l'anno 1375 in S, va ricondotto sotto
l'anno 1374, vuoi in considerazione dell'uso dello stile
bizantino per l'indizione, vuoi tenendo conto dell'era regni (il
trentaduesimo anno di regno di Giovanna I, calcolato per anni
interi, corrisponde al 1374). Nel precedente documento (sopra
n. 69), a firma del medesimo rogatario, i dati cronici sono
corretti; ritenendo improbabile una incoerenza di tale portata
da parte del notaio, è verosimile ipotizzare che il trascrittore
abbia erroneamente vergato quinto piuttosto che quarto.

et diacono Nicolao de Inganulo de Potentia, canonicis et clericis ac prepositis in anno sextedecime inditionis maioris ecclesie Potentine et Rogerio Gambono de Potentia ibidem presentibus, recipientibus et ementibus nomine et pro parte ditte maioris ecclesie Potentine et luminarie ipsius ecclesie, subscriptas ysclas que fuerunt ditti quondam Nicolai Millarani patroni, sitas in territorio ditte civitatis in contrata Mendaroli et Podii Suspensorum, iuxta ipsius ecclesie, viam murate, vineam magistri Gabrielis Strambi et notarii Francisci notarii Iacobi magistri, ecclesia Sancti Onufrii, vineam Petroni Martini, viam publicam aputis et alios confines. Ipsosque emptores quo supra nomine dominus venditor per fustem in corporalem poxessionem ipsarum ischarum coram nobis induxit ad verum dominium et proprietatem eorum, quo supra nomine et ditte ecclesie et luminarie ipsius, ad habendum, tenendum, possidendum, vendendum, donandum quocumque modo pro augmento et comodo ditte ecclesie et ipsius luminarie voluerint alienandum, cum viis suis et ipsius ysclas intrandi et exeundi et cum omnibus aliis iuribus et pertinentiis suis et ipsis yschis pertinentibus quoquomodo. Pro qua venditione dominus venditor contentus et confexus fuit coram nobis se habuisse et manualiter recepisse a dittis emptoribus nomine quo supra in carlenis argenti, sexaginta per unciam computatis, uncias septem ponderis generalis, totum scilicet pretium (c. 178r) venditionis ipsius, promictens dictus venditor per se et suos heredes et successores dittis emptoribus quo supra nomine, presentibus et recipientibus et stipulantibus, litem vel controversiam de dittis yschis ullo umquam tempore non inferre nec inferenti consentire vel assentire, que dittas ysclas dittis emptoribus quo supra nomine et parte

ecclesie et luminarie prepositis et clericis ac capituli ipsius et successoribus eorum ipsius ecclesie nomine tam in proprietate quam in possessione ab omni homine et persona quacumque legitima defendere, guarentire et disbrigare et de evictione teneri et dittam venditionem et omnia et singula supraditta et infr(ascritt)a ratam et firmam ac rata et firma habere, perpetuo tenere et numquam contrafacere vel venire, per se et suos heredes et successores aut aliquoque <sic> alios quovis modo, in iudicio vel extra iudicium, de iure vel de fatto, aliquo modo, ingenio seu trattatu, sub pena dupli pretii supraditti, medietate ipsius pene curie Sedis apostolice aut curie domini episcopi p(re)toris vel alteri curie ubi exinde fatta fuerit reclamatio seu querela et altera medietate dittis emptoribus quo supra nomine et ditte ecclesie et prepositis ac procuratoribus eis et suis successoribus persolveda, me ditto notario pro parte ditte curie ac dittis emptoribus quo supra nomine sollepniter stipulantibus penam ipsam; qua soluta vel non seu gratiose remissa, preditta venditio, confessio et predicta et subscripta omnia et singula in suo semper robore et efficacia perseverent, cum refectione et integra restitutione omnium expensarum dapnorum et interesse que fierent propterea quoquomodo dittaque pena ipsa totiens connictatur et exigatur ad effectum a ditta venditione et heredibus et successoribus suis quotiens fuerit quomodolibet contra ventum. Et renunciavit in hiis dittus venditor exceptioni doli mali, vis, metus et infattum, exceptioni deceptionis, fraudis reique predicto modo non geste, exceptioni ditte non numerate pecunie, non solute vel non habite et non recepte ac non boni seu bene ponderati argenti, legi ressissorie qua deceptis ultra dimidiam iusti pretii subvenitur, beneficio fori,

beneficio restitutionis in integrum et generaliter omnibus auxiliis et beneficiis // (c. 178v) omnium iurium atque legum et privilegiis quibus cumque et specialiter iuri dicenti generalem renuntiationem non valere et iuri per quod cavetur quod predicto iuri renuntiari non possit, quibus suffragantibus et propter que ditte venditio et confessio seu scripti huius tenor possent in aliquo minui vel infringi. Pro quibus omnibus et singulis attendendis et inviolabiliter observandis et quod predicta omnia et singula vera sint et quod contra non fiat, dittus venditor dittis emptoribus coram nobis corporale prestitit ad Sancta Dei Evangelis iuramentum. Et voluit dittus venditor quod si aliqua iuris sollempnitate *«sic»* in presenti instrumento deficeret, tacite et expresse intelligatur in eo et totiens refici possit et emendari ad consilium sapientis quatinus oportuerit, veritatis tamen substantia non mutata. Unde ad futuram rei memoriam et ditti venditoris preces et prefatorum emptorum quo supra nomine et ditte ecclesie et luminarie ipsius cautelam, fattum est exinde presens publicum instrumentum per manus mei predicti notarii, signo meo solito signatum, mei qui supra iudicis et omnium preditorum subscriptorum testium subscriptionibus roboratum.

2

3

4

5

Così S qui, sotto Aselo per Asclo (da docc. coevi)

Così S qui, sopra tertiedecime

Così S verosimilmente per muratam

Dubito della lettura

6

7

Quod scripsi ego predittus Iacobus publicus ut supra
notarius qui premissis omnibus rogatus interfui et meo
signo consueto signavi. Ego Iacobus de Aselo iudex
Potentie qui supra Ego iudex Meulus domini Matthei
de Saulo predictis interfui et me subscripsi Ego notarius
Matthias Cappellis de Auletta testis interfui et me
subscripsi Ego Rainaldus de Toya testis sum Ego
Angelus de notario Andrea interfui

8

9

10

11

Così S verosimilmente per Potentini
Così S per a dicto venditore
Così S per Sacco (da docc. coevi)
Così S per Cappellus (da docc. coevi)
Così S verosimilmente per Troya
Così S per Asclo (da docc. coevi)